



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. A. Tractatvs De Privilegiis Ecclessiae**

**Zanchi, Lelio**

**Veronae, M. D. LXXXVI.**

Trigesimum Priuilegium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](#)

- 11 Tempus , vel certa causa limitata finito tempore sit , vel si causa finitur .
- 12 Suspensus quando quis est à beneficio cum ea , & cognitione , & disinitue per petuo censetur pronuntiatus .
- 13 Suspensus per modum accusationis , vel inquisitionis criminaliter , vel ciuiliter hoc casu suspensi beneficia conferuntur statim , cum per sententiam fuerit damnatus .
- 14 Suspensio hominis , & suspensio iuris differt .
- 15 Sententia ad tempus , vel ad certam causam limitata finita causa , vel tempore cessat .
- 16 Suspensio iuris cessante causa cessat ipsa suspensio .
- 17 Suspensus in peccato cessante , pecato ceſsat suspensio .
- 18 Suspensio , quæ surgit ex peccato notorio durat propter scandalum .
- 19 Suspensus ad tempus eo finito cessat suspensio , & recuperat , quæ perdideraſt .
- 20 Suspensio limitata donec alicui satisficerit , quo adimpleto ceſsat suspensio .
- 21 Suspensio facta ex quo non comparuerunt coram iudice facta comparitione ceſsat .
- 22 Suspensio si causa propter quam est facta non ceſsat .
- 23 Citati non comparentes videntur egisse in contemptum .
- 24 Beneficijs ecclesiasticis adeptis ob annalem suspensionem contemnentes expoliantur .

### Trigesimum Privilegium.



COLESTIA habet hoc privilegium , † nam ob gravem lēſionem commissam per quosdam clericos Archidiacono , qui de mandato Pontificis Maximi vocati , ut eidem Archidiacono grauiter lēſo satisfacerent coram eo comparere contenerunt aduersus illos containaces sententiam suspensionis promulgari mandauit , † Et in ea suspensione triennio permanentes aliqua beneficia ecclesiastica adepti sunt , an beneficia hęc denuo acquisita retinere valeant , dicitur , 3 † quod non , nec beneficia quae habuerunt , nec adepta aliquatenus retinere possunt stantibus contumacia , & contemptu apostolico , mandauit , ut absque mora beneficijs spoliarentur . 4 capitu . cum bonae memoriae & qualitate . † hi considerandum venit

venit persona citata, persona quæ citat, & ad cuius instantiam cito-  
 tur, † & q[uod] quando quis est contumax corā vno iudice de contuma-  
 cia punitur ab alio iudice de mandato primi. † Et si ex contuma-  
 cia imponitur pœna suspensionis, quod per consequens, † suspen-  
 sus priuatur potestate beneficij suscipiendi, & inhabilis censem-  
 tur ad beneficium consequendum. † Nam dicitur pertinaciter delin-  
 quere ex cōceptu, quando lata sententia contra eum ex delicto in  
 contumacia longo tempore perseverat, tunc contemnere dicitur,  
 † An beneficium de quo exitit priuatus, sit statim alteri conferen-  
 dum, vt patet ex cap. literas de concess. præbend. hic tractatur de  
 effectu suspensionis quoad vitam eius circa quam, † duo viden-  
 da sunt. Primo an intelligatur suspensio perpetua, & iuris suspensi-  
 oni priuet. † Secundo an sit tempus, vel certa causa limitata finito tem-  
 pore, vel si causa finiatur. † Ad primum concluditur, quod quando  
 quis à beneficio est suspensus cum causæ cognitione, & diffinitiū  
 perpetuo pronuntiatus fuerit, † Suspensus intelligitur, q[uod] per mo-  
 dū accusationis, vel inquisitionis, criminaliter, vel ciuiliter fuerit p-  
 cessum, hoc casu suspensi beneficia conferri statim possunt, cum  
 per sententiam fuerit damnatus. Innocen. in d. capitu. literas qui in  
 capit. sicut de cohab. cler. † Limitat procedere seu declarat in su-  
 spensione hominis, secus in suspensione iuris, Host. tamen ibi dam-  
 nat opinionem Innoc. asserens beneficia suspensi non posse confer-  
 ri quia non vacant, nisi per triēnum durauerit in suspensione, quo  
 casu priuandus. Ad secundum, † aut sententia est ad tempus, vel  
 ad certam causam limitata, finita causa, vel tempore cessat. † Sed  
 quædam est suspensio iuris, & in hac dicit Inno. in d. cap. sicut quod  
 cessante causa cessat ipsa suspensio, † Ut si quis suspenditur, quia  
 iacet in peccato, cessante a peccato, cessat suspensio, quo ad hoc ut  
 alii ipsius officium possint audiri, cap. si qui sunt dist. 81. † Sed su-  
 spensio quæ surgit ex peccato notorio durat propter scandalum,  
 † Suspensus igitur ad tempus eo finito cessat suspensio, & recupe-  
 rat quæ perdiderat, l. puto. ff. de postul. aliquando, † Suspensio erit  
 limitata, donec alicui satisficerit, quo adimpleto cessat suspensio.  
 Aliquando est facta suspensio ex quo non comparuerunt coram in-  
 dice, sed postea facta comparitione, cessat suspensio. † Nisi causa  
 propter quam est facta suspensio, cegeret dispensatione, prout est in  
 praesenti causa in qua ob grauem lœsionem illatam Archidiacono  
 & citati non comparauerunt, vnde hoc in contemptum egisse  
 videntur, † Ideo mandatum fuit, vt expoliarentur omnibus bene-  
 ficiis ecclesiasticis, etiam adeptis ob annalem suspensionem.

SVM.

S U M M A R I K M .

- 1 Episcopi in eorum consecratione Chrismate liniuntur in capite, & manibus, & si fuerit prætermisum supplendum est per tres episcopos.
- 2 Unionis spesies due sunt exterior, & interior, exteriori inungitur Corpus interior cor.
- 3 Episcopus quare de Oleo, & Chrismate vngitur.
- 4 Oleum nitor conscientia designatur, Chrisma, quod conficitur ex Balsamo designatur odor famæ.
- 5 Episcopus in capite linitur, Princeps in vmero, quilibet fidelis in scapulis, & pectore oleo sancto ante Baptismum, & post Chrismate in uertice, & in fronte.
- 6 Sacerdos in veteri testamento vngebatur, & Rex, & Propheta.
- 7 Iesum Nazarenum unxit Deus spiritus sancto.
- 8 Iesus Christus Nazarenus est unctus oleo pietatis.
- 9 Iesus Christus est caput ecclesiae, quæ est corpus.
- 10 Sacramentalis delimitio in capite Pontificis fit, quia personam capitinis officio pontificali representat.
- 11 Differentia est inter autoritatem Pontificis, & Principis, nam caput Pontificis Chrismate consecratur in humero, vel brachio Princeps delimitur.
- 12 Christiani omnes oleo sancto liniuntur, ut per sanctum Chrisma spiritus sancti donum abiiciat errorem, & ignorantiam, & suscipiat fidem regiam.
- 13 Iustus ex fide vivit.
- 14 Substantialia si omissuntur nihil agitur.
- 15 Consecrantium numerus ad minus sint tres.
- 16 Episcopus unus totam benedictionem perficit.
- 17 Solemnia sunt, ut tempus, ætas, manus impositio, & in talibus, aut dispensator in exequitione, & in ætate, & tempore.
- 18 Solemnia, quæ sunt in dubio quod faciunt sacramentum nullum, ut Misæ, Ieiunium, & in quibus Canones discrepare videntur, tenendum quod fieri debet, & iteratio.
- 19 Leuia aliqua sunt, ut est tangere, vel non tangere hostiam, campanam, vel candelabri, traditionem, vel calicis, & non reprobatur ad cautellam taliam fiat suppletio.
- 20 Canonistæ mirantur, quomodo Theologibus, audeat ista disfinire, cum per canones statuantur.

Tri-